



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. V. De Congregatione Lusitanica monachorum ord. Cisterciensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

Iosophica ac Theologica, in quibus monachi Cistercienses optimis disciplinis ac moribus imbuuntur: quod exemplum utinam Galliae ac Germaniae nostrae Abbates emularentur! hoc praesertim tempore, quo tot Hæreticorum phalanges Ecclesiam orthodoxam vndeque oppugnant.

Inter alia Hispaniae collegia, eminent Cöplutense, quod ea in Academia Ludouicus Straada Abbas Hortensis fundauit, itemque Salmanticense, titulo B. Virginis Lauretanæ claram.

In utraque Academia plurimi sunt ex Ordine Cisterciensi Doctores ac Professores Theologiæ celeberrimi, quos *Cathedraticos* vocant: plurimi item Concionatores facundissimi ex istarum Academiarum aliorumque locorum gymnasij quotidie, velut ex equo Troiano, prodeunt; magno fidelium commodo, nec minore Cisterciensium gloria atque ornamento.

CAPVT V.

De Congregatione Lusitanica monachorum Ord. Cisterciens.

HVI^o reformatæ Congregatiōis caput est Abbas Alcobatia, & cōpletebitur ea monachorū

V 4

cœno-

cœnobia sexdecim, monialium autem plus
minus viginti. Habent ite Collegia sua, præ-
sertim Eboræ & Olisipone, in quibus Philo-
sophica ac Theologica studia mirificè flo-
rent.

Alcobatiæ fundator fuit *Alfonsus Henricus*,
primus Portugalliae Rex, monachos eò mit-
tente *S. Bernardo*, Claræ Vallis Abbatem. Nar-
rant autem adseruari ibidem Epistolam *S. Bernardi*, in qua hæc inter cetera leguntur,
velut propheticō spiritu scripta: *Illud conden-
tes monasterium, in cuius duratione & integritate
indeleibile habebitis elogium regni vestri, & in di-
uisione reddituum diuidetur à vobis corona vestra.*
Quod quidem aiunt euenis temporibus
Henrici Cardinalis, qui *Sebastiano Regi* in
Africa cæso suffectus sine liberis obiit, & *Phi-
lippo II. Castellæ Regi Catholico* lampada
regnumque tradidit.

Alcobatia porrò ut est omnium orbis
Christiani Abbatiarum ditissima, duos ho-
die Abbates habet, vnum Regularem seu mo-
nachum, alterum Commendatarium seu se-
cularem, qui nunc est *D. Ferdinandus, Philip-
pi III. Regis Catholici filius, Cardi-
nalis & Archiepiscopus Tole-
tanus postula-
tus.*

* * *

CA-